Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26118
Copyright: Admont, Benediktinerstift

de diaphonis euangelistarum plenius disputarunt. Genuit ioseph
uirum Marie. Cum uirum audieris suspicio tibi non subeat nupti
arum. sed recordare consuetudinis scripturarum. quia sponsi uiri. et
sponse uocentur uxores. Et ad usque in migratione babylonis
usque ad xiiii generationes sunt xxiii. Huma autem hoc usque ad
ioseph. inuenies generationes xxiii. uerum xxiiii generatio in
ipsum xxiii reputabitur. Xpi autem generatio sic erat. Querat di
ligens lector: et dicat. Cum ioseph non sit pater domini saluatoris.
quomodo ponet ad dominum generationis ordo deducitur usque ad ioseph.
Cui respondebimus primum non esse consuetudinis scripturarum ut
mulierum in generationibus ordo teneatur. deinde eruna tribu fuisse
ioseph et maria. Vnde ex lege eam accipere cogebatur ut propinquam
et quia simul censentur in bethleem. ut de una uidelicet generati
stirpe. Cum esset desponsata mater eius Maria. Querit quare
non de simplici uirgine. sed desponsata esse debuit. Primum ut per
generationem ioseph. origo Marie monstretur. secundo ne lapi
daretur a iudeis ut adultera. tertio ut in egypto fugiens ha
beret solatium marito. Martyr ignatius et quia adnectit
causam. cur a sponsata cepit sit. ut partum ingens eius
celaret diabolum. dum eum putat non de uirgine. sed de uxore
generatum. An quia euenirent inuenta et in uero habens
despus s. Non ab alio inuenta et non a ioseph. quia pene licen
tia maritali fuit uxoris omnia nouat. Quod aut dr. an quia
euenirent non sequitur ut prea euenirent. sed septa quia factum
non sit ostendit. Ioseph autem uir eius cum esset iust. et nollet eam
tradere. uolunt occulte dimittere eam. Siquis fornicarie con
iungitur. unum corpus efficitur. Non lege preceptum est. non solu
reos. sed et scios eiusmodi. obnoxios esse peccati. Quum ioseph